



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. I. An Confraternitates, & caetera loca pia Episcopo subijciantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

- ditur per appellationem.
- 19 *Officiales locorum piorum si delin-
quunt in officijs, ab Episcopa pu-
niuntur.*
- 20 *Non factis diligentijs contra debi-
tores Ecclesia de proprio Admini-
stratores tenentur.*
- 21 *Tutor negligens in conueniendis
debitores pupilli de proprio tene-
tur.*
- 22 *Exactor publicus quando teneatur
de suo.*
- 23 *An loca pia teneantur ad procura-
tionem, dum visitantur, & nu.
24. 25. & 26.*
- 27 *An Ecclesie, & alia loca pia visi-
tata Equorum vecturas, & fer-
raturas prestare teneantur.*
- 28 *An Episcopus possit compellere cō-
fraternitates, ut ad processiones
accedant.*

vbi tantum excipiuntur Confraternitates, & Hospitalia, quæ sub Regum immediata protectione sunt. Vnde Episcopus visitare potest confraternitates personarum secularium in Ecclesijs etiam Regularium exemptorum existentes exceptis tamen earum altaribus, seu Capellis, quæ intra easdem Ecclesias consistunt, ut consuit Sac. Cong. apud Farinac. dec. 210 par. 4. Diuers. Ricc. in Prax. for. Eccl. par. 4. resol. 579. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 75. n. 13 & 28. dicit tamen Dian. par. 1. tract. 2. ref. 101. quod Episcopus potest inquirere, an in dictis Capellis sacra decen-ter ministrantur.

§. II.

*An Hospitalia, & Confraternitates
erecta sine ordinarij auctorita-
te subijciantur iurisdictioni
Episcopi.*

CAP. III.

De Confraternitatibus, & locis
Pijs.

§. I.

*Confraternitates, & cetera loca
pia Episcopo subijciantur.*

onfraternitates etiã laicorum, collegia, quæcunque, Hospitalia, & loca pia omnia etiam exempta Episcopi iurisdictioni, & visitationi subijci constat ex cap. omnes Basilicæ 16 q. 7. cap. Ecclesia S. Maria de constit. cap. conquerente de offic. ordin. Conc. Tri. d. sess. 22. de ref. c. 8.

REsp. affirmatiuè, sufficit enim quod in eis opera charitatis exerceantur, ex quo pia loca dicuntur, ut colligitur ex Conc. loco cit. d. c. 8. c. Tua nobis de testam. cap. non minus de immun. Eccles. ibi de bonis ecclesiasticis, & clericorū & pauperum Christi vñibus deputatis: quod etiam probatur ex l. omnia priuilegia C. de Sacros. Eccles. vbi priuilegia Ecclesijs concessa ad Hospitalia, & alia pia loca extenduntur, & ita tenet Nouar. de elect. for. sect. 2. quæst. 56. n. 8. Peregrin. de immun. cap. 4. n. 64. quos refert, & sequitur Diana par. 4. tr. 1. ref.